

de Libris.

Johannis Pankovich
Philosophiae Dni in An-
nem Auditoris
1858. 3

1

Ordo Sacrae
ac Divinae Missae
Sancti Patris nostri Joannis Chrysostomi,

Oratio
Præparatio ad Missam, quo-
ad animam.

Emitte Domine manuum tuarum de
excelsis habitaculo tuo, et confirma me
ad propositum ministerium suum, ut
inculpate tremendo tuo Tribunali ad-
stans, incruentum sacrificium pera-
gam. Quia tua est potentia, et gloria
in saecula saeculorum. Amen.

Deus propitius esto mihi peccatori.

Quod corpus.

Benedictus Deus noster, perpetuo, nunc
et semper: et in saecula saeculorum.

Ad Iunicam.

Cultabis anima mea in Domino, in
Quis

duit me vestimento salutis et tunica
laetitiae circumdedit me: et tamquam
sponsus mihi mitram imposuit, et velut
sponsam me ornamento circumvespivit.

Sacerdos accipit supermanicalia, et in dextera
quidem manu, sic dicit.

Dextera tua Domine glorificata est
in virtute: dextera tua Domine confregit
inimicos: et multitudinem gloriae tuae
adversarios contrivisti.

Ita in sinistra manu dicit sic.

Manus tuae Domine fecerunt me
et plasmarunt me.

Deinde accipiens sculam, ait.

Benedictus Deus, qui effundit gratiam
super sacerdotes tuos, ut unguen-
tum super caput quod descendit in bar-
bam, barbam Aaron: quod descendit
in oram vestimenti ejus, ut roster-
mon, qui descendit in montes Sion,
quoniam ibi mandavit Dominus be-
nedictionem, vitam usque in saeculum.

Et accipiens zonam, ait.

Benedictus Deus, qui praecingit me
virtute, et effundit gratiam tuam: per-
petuo,

petuo, nunc et semper et in sa. saec. Am.

Ad casulam.

Sacerdotes tui Domine induantur
justitia: et sancti tui exultatione et
exultabunt: jugiter nunc et semper.

Ad lotionem manuum, ait.

Lavabo inter innocentes manus meas,
et circumdabo altare tuum Domine, ut
audiam vocem laudis tuae et enarrem u.
niversa mirabilia tua: Domine dilecti
decorem domus tuae, et locum habitatio-
nis gloriae tuae. Ne perdas cum impiis
Deus animam meam, et cum viris san-
guinum vitam meam, in quorum ma-
nibus iniquitates sunt, dextera eorum
repleta est muneribus: ego autem in in-
nocentia mea ingressus sum, redime me,
et miserere mei: pes meus stetit in di-
recto, in laudibus benedicam te, Domine.

Ad praeparationem sacrorum.

De hinc venerationem rex ante Proposicio-
nem exhibentes, dicit unusquisque.

Deus propitius es mihi peccatori, et
miserere mei: et redemisti nos a ma-
ledicto legis pretioso tuo sanguine cruci-
affixus

affixus, et lancea perforatus, immortalitatem tamquam a fonte praeiuvisti hominibus, Salvator noster, gloria tibi.

Diaconus, Benedic Domine. Et benedicit Sacerdos. Benedicimus Deus nosse:
perpetuo nunc, et semper, et in saecula.

Post haec facit super pane lanceam
crucem, et dicit ver.

In memoriam Domini et Dei, et
salvatoris nostri Iesu Christi.

Et statim infigit sanctam lanceam
in dexteram partem sigilli, et scindens
dicit. Tamquam ovic ad occisionem du-
ctus est. In sinistra vero similiter in-
figens sanctam lanceam, dicit. Et ut a-
gnus mansuetus, coram torbente se ob-
mutescens, sic non aperiet os suum.

In superiore vero parte sigilli rursus
infigit sanctam lanceam dicit. In hu-
militate eius iudicium eius sublatum
est. In inferiori autem parte sigilli infi-
gens iterum sanctam lanceam, dicit. Gene-
rationem autem eius quis enarrabit?
Et Diaconus in qualibet incisione dicit.
Dominum precemur: tenens etiam dextra
manu stolam. Dehinc dicit Diac. Solle Dne.

Et

3

Et Sacerdos immittens s. lanceam ex obliquo
dexteræ partis oblatæ, et tollit s. panem,
sic dicens: Quoniam tollitur de terra
vita ejus, perpetua nunc et semper erit.

Diaconus, Immo Domine, Sacer-
dos sacrificat suum in s. disco in mo-
dum crucis, dicens, Immolatur agnus
Dei, qui tollis peccatum mundi, pro mun-
di vita, et salute. Et conversus aliam
partem quæ habet sursum crucem. Et
dicit Diaconus: Pange Domine, Sacer-
dos autem ipsum in dextera parte jun-
gens s. lancea, dicit, Et unius militum
lancea latus ejus aperuit: et statim
exivit sanguis et aqua.

Diaconus autem infundit in s. calicem
vinum et aquam simul, cum prius Sacer-
dos dilecti. Benedic Domine, Et Sacerdos
benedicit. Dehinc capiens Sacerdos secun-
dum oblatam, dicit, In honorem et memo-
riam super omnes benedictæ, et glorio-
sæ reginæ nostræ Deiparæ, et semper
Virginis Mariæ, cujus precibus suscipe
Domine sacrificium istud in supercoe-
leste tuum Altare.

Et elevans particulam s. lancea a se-

nifrij
B

missis sancti panis eam deponis. Cum tertia
oblata accepta, dicit. Honorandi gloriosi
Prophetarum praecursoris et Baptistae Joan-
nis. Sanctorum gloriosorum et percelebrum
Apostolorum. Sanctorum patrum nostro-
rum Pontificum, Basilii Magni, Gregorii
Theologi, Joannis Chrysostomi, Athanasii,
Cyrilli, Nicolai Myrensis, et omnium S.
Pontificum. Sancti Apostoli primi Mar-
tyris, et Archidiaconi Stephani. Sancto-
rum magnorum Martyrum Georgii, Demetrii,
Theodori, et omnium S. Martyrum. Sancto-
rum Defensorum patrum nostrorum An-
tonii, Euthymii, Sabae sanctificati, Onu-
phrii, Arsenii, Athanasii in monte Atho,
et omnium S. Monachorum. Sanctorum
medicorum absque mercedis praemis Cosmae
et Damiani, Kyri et Joannis, Pantaleonis
et Hermolai, Sampsonis et Diomedis, Thalla-
lei et Triphonis, et reliquorum Sanctorum.
Justorum Dei parentum Joachim et An-
nae, Sancti N. Pillius videlicet cujus dies
est festus, et omnium sanctorum quorum pre-
cibus protege nos Deus. Et ita levans
particulam, ponit eam inferius, in sinistra
parte. Alia deinde oblata accepta, dicit.

Pro

VI

Pro Archiepiscopo nostro N. venerando Pres-
byteratu, in Christo Diaconatu, et omni Sa-
cerdotali ordine. Et pro memoria et pecca-
torum remissione, s. qui semper recolen-
di sunt. Hujusce sancte aedis condito-
rum. Hic vivorum et mortuorum quos-
rum vult memoriam agi. Et omnium,
qui in spe resurrectionis aeternae vitae
obdormierunt, patrum et fratrum no-
strorum, quibus misericors Domine ve-
niam indulge. — Et ita tollens particu-
lam ponit eam subius in sinistra par-
te. Accepto deinde thuribulo et incenso,
dicit Sacerdos Diaconus. Benedic Domi-
ne incensum. Atque. Dominum prece-
mur. Et Sacerdos dicit orationem. In-
censum tibi offerimus Christe Deus
in odorem suavitatis spiritalis, quem
suscipe Domine in sanctum et super-
coeleste ac intellectuale tuum altare,
et repende nobis abundantes tuas mi-
serationes, et illas largire nobis servis
tuis nomen tuum invocantibus Patri,
et Filii, et Spiritus Sancti: omni tempo-
re, nunc et semper, et in etc.

Diaconus. Dominum precemur. Et
Sacerdos cum Asseriscam suffumigaverit: ponit
eum super panem, et dicit. Et veniens stella
stetit super locum ubi positus eras pu-
er: perpetuo, nunc et semper, et in etc.

Diaconus. Dominum precemur. Sa-
cerdos postquam primum velum suffumigave-
rit, tegit sanctum panem, et ait: Dominus
regnavit decorem inducis est: inducis
es: Dominus fortitudinem, et praecun-
tiam se. Etenim firmavit orbem terre, qui
non commovebitur. Domum tuam de-
cet sanctitudo Domine in longitudinem
dierum: perpetuo, nunc et semper etc.

Diaconus. Dominum precemur.
Sege Domine. Et sacerdos suffumigans se-
cundo velo, et calice velans, dicit. Operuit
coelos virtus tua Christe, et laudis
tuae plena est terra: perpetuo nunc.

Diaconus. Dominum precemur.
Sege Domine. Et sacerdos suffumigans
velum aereum dicit, et velans utraq;
dicit. Prosege nos sub umbra alarum
tuarum Deus noster, perpetuo nunc
et semper, et in saecula saeculorum.

Actis Deinde in crucem manibus, cum
uterque devote adoraverit, Dicunt. Benedi-
ctus Deus noster, cui sic complacuit, per-
petuo. nunc et semper, et in secula seculo-
rum. Amen

Diaconus in propositione donorum pre-
tiosorum dicit. Dominum precemur. Et
sacerdos propositionis orationem sub-
jungit.

Deus Deus noster, qui coelestem
panem totius mundi alimentum, Domi-
num nostrum et Deum Jesum Christum
emissisti Salvatorem et Redemptorem, et
Benefactorem, nos benedicentem et san-
ctificantem; ipse benedi hanc propo-
sitionem, et suscipe eam in supercoele-
ste tuum altare: memento ut bonus
et benignus, eorum qui obulerunt, et
propter quos obulerunt; et nos incu-
ptos conserva in celebratione divino-
rum tuorum mysteriorum. Data voce.
Quoniam sanctificatum et gloriosum
est pretiosissimum et magnificentissimum no-
men tuum Patris et Filii, et Spiritus
Sancti.

santi: nunc et semper, et in saecula
saeculorum. Amen.

Et completa oratione propositio:

nem suffumigas: dimissionem habes

dicens. Gloria tibi Christe Deus spes

nostra. Diaconus. Gloria Patri, et

Filio, et sancto spiritui: nunc et

semper, et in saecula saeculorum. Et

Sacerdos. Christus verus Deus

noster, intercessionibus sanctissimis,

intemerata, super omnes benedictae,

gloriosae Dominae nostrae Deiparae

et semper Virginis Mariae, virtute

gloriosae et vivificae crucis, et o.

mniū sanctorum: misereatur no.

stri, ut bonus Deus et clemens.

Chorus. Amen. Atque ita Dia.

conus accepto sturibulo discedit,

et sanctam mensam in circuitu

cruciformiter suffumigas, dicens


apud se. In sepulchro corpore, in

inferis, anima: in paradiso, cum

latrone, ceu in throno, cum Patre,
 et Spiritu, Christe existebas, ve-
 lut Deus cuncta replens, et in cir-
 cumscriptis permanens.

Et psalmum quinquagesi-
 mum recitas. Miserere mei De-
us. Et cum suffumigas sacrarium
 et templum rosum ad sacrum Pri-
 bunal rursus ingreditur: et suffu-
 migata iterum sancta mensa, et sa-
 cerdote thuribulum quidem in suo
 loco reponit: ipse autem ad Sacerdo-
 tem accedit, et simul stans ante
 sanctam mensam, et apud se quisq[ue]
 adorantes, et orantes, dicens:

Per Coelestis, paraclete
 Spiritus veritatis, qui ubique
 praesens es, etc. ut infra, in
Accessu ad Altare videre est.



Handwritten text in a cursive script, appearing as bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher due to its orientation and fading.

Handwritten text in a cursive script, appearing as bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher due to its orientation and fading.

Handwritten text in a cursive script, appearing as bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher due to its orientation and fading.

7

Accessus ad Altare.

Res coelestis, paraclete Spiritus veritatis, qui ubique praesens es, et omnia replet, thesaurus, bonorum et vitae largitor; veni et habita in nobis, et purga nos ab omni macula, et conserva o bone animas nostras.

Missa initium.

Benedictum Regnum Patri, et Filii, et Sancti Spiritus: nunc et semper, et in saecula saeculorum. Chorus. Amen.

Diaconus alia voce. In pace Dominum precemur. Chorus. Domine miserere.

Pro superna pace, et salute animarum nostrarum, Dominum precemur.

Pro pace totius mundi, stabilis ac sanctae Dei Ecclesiarum, et pro omnium concordia, Dominum precemur.

Pro hac sacra Domo, et iis qui cum fide, religione, et Dei timore ipsam

ingredientur, Dominum precemur.

Pro Archi-Ep'o nostro & venerabilis
Presbyteris, in Christo Diaconis, uni-
verso Clero ex Doule, Dnum precemur.

Pro piissimis et a Deo custoditis Regi-
bus nostris, toto palatio, et Clero
ipsorum, Dominum precemur.

Ut una bellum gerat, et omnem ini-
micum et adversarium pedibus eo-
rum subjiciat Dnum precemur.

Pro sancta hac mansione, omni urbe,
et Regione, et cum fide habitantibus
in his, Dominum precemur.

Pro bona aeris temperie, fructuum
terrae fertilitate, et pacificis tem-
poribus, Dominum precemur.

Pro navigantibus, iter agentibus,
aegrotis laborantibus, captivis, et
salute ipsorum, Dnum precemur.

Ut liberemur ab omni afflictione,
ira, periculo, et necessitate, P. ponit.

Primum Antiphonum
Latinis est Missae Introi-
tus.

Oratio Anaphoni primi se.
creto!

Domine Deus noster, cuius nec po-
tentia aestimari, nec gloria potest
comprehendi; cuius est immensa mi-
sericordia, et clemencia ineffabilis.
ipse Domine pro sua miseratione in
nos respice, et fac nobiscum et cum
iis qui nobiscum orant, abundan-
tes misericordias miserationes tuas.

Diaconus. Suscipe, salva, mise-
rere, et custodi nos Deus tua gratia.
Chorus Domine miserere.

Sanctissima, illibata, super omnes
benedictae, gloriosae Dominae nostrae
Deiparae et semper Virginis Mariae,
cum omnibus sanctis memoriam re-
colentes, nosmetipsos, et invicem, et
omnem vitam nostram Christo Deo
commendemus. Chor. Tibi Domine.

Alta voce Sacerdos. Quoniam se de-
at omnis gloria, honor, et adoratio,
Patrem, et Filium, et Spiritum San-
ctum

ctum: nunc et semper, et in saecula
saeculorum. Chorus. Amen.

Secundum Antiphonam.

Oratio Antiphoni secundae secreto.

Domine Deus noster, salva popu-
lum tuum, et benedic hereditati
tuae, plenitudinem Ecclesiae tuae
custodi, sanctifica diligentes deco-
rem domus tuae, tu ipsos vicissim
glorifica divina tua potentia, et
ne nos in te sperantes derelinquas.

Diaconus. Etiam atque iterum
in pace Dominum precemur.

Suscipe, salva, &c. ut supra.

Alta voce sacerdos. Quoniam tua

est potentia, et tuum est regnum
et potestas, et gloria Patris, et Fi-
lii, et Spiritus Sancti: nunc et sem-
per, et in saecula saeculorum.

Tertium Antiphonam.

Oratio tertii Antiphoni se-
creto.

a

Qui communes has, et concordas no-
bis orationes largitus es: qui etiam duo-
bus et tribus in tuo nomine convenien-
tibus te petitiones daturum es sollici-
tus: ipse etiam nunc servorum tuo-
rum petitiones imple ad auxiliarem,
succedans nobis in praesenti sa-
culo agnitionem veritatis, et in futu-
ro vitam aeternam largiens.

Diacon. Etiam atque etiam in
pace Deum precemur, ut supra.

Sacerdos. Quoniam bonus et
clemens Deus dixisti, et tibi gloriam
referimus, Patri, et Filio, et Sancto
Spiritu: nunc et semper et in sae-
cula saeculorum. Amen.

Introitus Evangelii.

Oratio Ingressus Sancti Evangelii
secreto.

Dominator Domine Deus noster,
qui in coelis ordines, et exercitus etn-
gelorum et archangelorum in mi-
nisterium gloriae tuae constituisti:
fac ut una cum Introitu nostro

iii
3

sit etiam sanctorum Angelorum
Introitus simul nobiscum mini-
strantium, et bonitatem suam con-
glorificantium. Alta voce.

Deoniam te decet omnis gloria,
honor et adoratio Patrem, et Filium,
et Spiritum Sanctum; nunc et
semper, et in secula seculorum.

Hymnus ter sanctus.

Deus sancte qui in sanctis requie-
scis, qui ter sancta voce a Seraphim
laudaris et celebraris, et a Cherubim
glorificaris, et ab omni coelesti po-
testate adoraris, qui e nihilo ad ex-
se cuncta adducisti, qui hominem
ad imaginem et similitudinem tu-
am creasti, et omni tuo dono dot-
nasti, qui Das petenti sapientiam
et intelligentiam, et non despicias
peccatorem, sed ei ad salutem consu-
isti poenitentiam, qui nos humiles
et indignos servos tuos dignatus
es in hac hora stare ante gloriam
sancti

sancti tui altaris, et quae tibi debentur adorationem et glorificationem exhibere, ipse etiam Domine suscipe ex ore nostro peccatorum Hymnum ter sanctum, et respice nos in bonitate tua, condona nobis omne peccatum voluntarium, et involuntarium: Sanctifica animas nostras et corpora, et da nobis te in sanctitate colere, omnibus diebus vitae nostrae. Intercessionibus Sanctae Dei pare, et omnium sanctorum, qui tibi a saeculo complacuerunt.

Quoniam sanctus es Deus noster, et tibi gloriam referimus, Patri, et Filio, et sancto Spiritui: nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

Et completo Hymno ter sancto. Diac. veniens ante ostium dicit. Attendamus. Et sacerdos. Per omnibus. Diac. Sapientia. Et incipit Lector. Alleluia. Ps. Salmus David. Et Diaconus rursum

sum
3

sum. Attendamus. Lector propositum
Apostoli; et dicit. Et Diaconus
iterum. Attendamus. Et lectione
Apostoli completa sacerdos dicit.
Inquit. Pax tibi: Diaconus. Sapiencia
Et Chorus. Alleluja. Psalmus Dav.

Sapiencia Recti. Audiamus
sanctum Evangelium. Et Diaconus.
Et Evangelio sancti Evangeliste
N. Matthei. Chorus. Gloria tibi Domine.
Et sacerdos. Attendamus. At Evan-
gelio completo: Diacono dicit sacer-
dos. Pax tibi: Et Diaconus usque ad
sanctas fores progressus sanctum
Evangelium tradit sacerdoti: deinde
desin loco solito stans sic incipit.

Dicamus omnes et tota ani-
ma, et et tota mente dicamus.
Chorus. Domine miserere.

Domine omnipotens, Deus
patrum nostrorum, te rogamus
laudi; et miserere.

Miserere nostri Deus secundum
magnam misericordiam tuam,
te

te rogamus, et Domine miserere.

Etiam rogamus pro piissimis
et a Deo custoditis Imp. nostris,
pro potentia, victoria, perseverantia,
pace, sanitate, et salute ipsorum,
et ut Dominus Deus noster abun-
dantius eos adjuvet, et in omnibus
dirigat, et pedibus ipsorum sub-
ficiat omnem inimicum et de-
versarium.

Sum sacer. dicit orationem i.

stam secreto.

Domine Deus noster protensam
hanc supplicationem suscipe a
servis tuis, et miserere nostri
secundum multitudinem miseri-
cordia tuae, et miserationes tuas
in nos demitte, et in omnem popu-
lum tuum, qui copiosam a te
misericordiam expectat.

Quoniam misericors et benignus
Deus distis, et tibi gloriam referi-
mus, Patri, et Filio, &c.

Catechumenorum dimissio.

Diaconus. Rogate Catechumeri Domi-
num. Chorus. Domine miserere,

Fideles, oramus pro Catechumeris,
ut Dominus eorum misereatur.

Instruat eos verbo veritatis,

Revelat eis Evangelium justitiae.

Uniat eos sanctae suae catholicae
et Apostolicae Ecclesiae.

Salva, miserere, suscipe, et cu-
stodi ipsos Deus tua gratia.

Catechumeri capita vestra Do-
mino inclinate. Cho. Tibi Domine.

Oratio Catechumenorum ante san-
ctam oblationem, quam dicit Sa-

cerdos secreto.

Domine Deus noster, qui in altis
habitas, et humilia respicis, qui salu-
tem humano generi omnigeni unige-
nitum Filium tuum et Deum Do-
minum nostrum Jesum Christum:
respice ad servos tuos catechumeno-
suam tibi cervicem inclinantes: et di-

gnos


gnos facias ipsos in tempore oportu-
no lavacro regenerationis, remissione
peccatorum et indumento incorruptio-
nis. Uni eos sanctae tuae Catholicae et
Apostolicae Ecclesiae, et connumera i-
psos cum electo tuo grege.

Alta voce. Ut et ipsi simul nobis
secum glorificent venerandum et ma-
gnificum nomen tuum, Patris, et Fili-

Diaconus. Quotcumque Catechu-
meni estis recedite. Catechumeni rece-
dite. Quicumque estis catechumeni rece-
dite. Ne quis catechumenorum super-
sit. Quicumque fideles etiam atque
etiam Dominum precemur.

Missa Fidelium.

Oratio fidelium prima, postquam Evan-
gelium est corporale, quoniam sac. dicit secreto.

Gratias agimus tibi, Domine
Deus virtutum, qui dignatus es nos
etiam nunc Sancto tuo altari siste-
re, et tuis miserationibus pro pecca-
tis nostris et populi ignorantibus pro-
cidere.

Adere. Suscipe Deus deprecationem
nostram. Fac nos esse dignos, qui offe-
ramus tibi preces, supplicationes, et
incrementa sacrificia pro toto populo
tuo: et fac nos idoneos, quos in hoc
ministerio possuisti, ut in potesta-
te Spiritus tui sancti inculpate et
innocentie, in puro nostrae conscien-
tia testimonio, te invocemus in omni
tempore et loco, ut nos laudemus, sis
nobis propitius in multitudine sua
bonitatis.

Diaconus. Pursus et iterum
in pace Dominum precemur.

Pro sancta hac mansione, omni
civitate et regione, et iis qui fide in iis
habitant, Dominum precemur.

Pro aeris temperie, fructuum
terre fertilitate, et pacificis tempo-
ribus, Dominum precemur.

Pro navigantibus, iter agentibus,
aegrotantibus, laborantibus, captivis,
et salute ipsorum, Dominum precemur.

Ut nos liberemur ab omni an-
gustia

gestia, ira, periculo, et necessitate Do-
minum precemur.

Suscipe, salva, miserere, et custodi
nos Deus tua gratia.

Diaconus. Sapientia. Sacerdos.
Quoniam tibi convenit omnis gloria,
honor, et adoratio, Patri, et Filio, et S.
Spiritus; nunc et semper.

Oratio Fidelium secunda, quam
dicit Sacerdos secreto.

Iterum et saepius coram te procedi-
mus, et te rogamus bene et benigne, ut
respicieris, ad orationem nostram
purges animas nostras et corpora
ab omni inquinamento carnis et spi-
ritus, et des nobis inculpata et in-
condemnatam sanctorum tuorum altari ad-
sistentiam. Largire autem Deus,
etiam iis, qui nobiscum una precan-
tur, profectum vite, et fidei, et spiri-
talis prudentie. Da eis qui te assi-
due et cum tremore colunt, ut
inculpate, et incondemnate tuorum
sanctorum

sanctorum sacramentorum fiant par-
ticipes, et coelesti suo regno digni ha-
beantur.

Sacerdos declamando. Ut a potentia
tua jugiter custoditi tibi gloriam refe-
ramus Patri, et filio.

Cherubicus Hymnus.

Oratio quam secreta dicit Sacerdos.

dem canitur Hymnus Cherubicus.

Nullus eorum qui carnalibus cupidi-
tatibus et voluptatibus esse irretitus,
dignus est ad te accedere vel appro-
quinquare, vel tibi ministrare, sed
gloriae. Tibi enim ministrare ma-
gnum est, et vel ipsis coelestibus po-
testatibus terribile. Sed tamen pro-
pter inerrabilem, et infinitam tuam
benignitatem, citra commutationem
et conversionem, homo factus es, et
nos per Pontifex appellatus, et hujus
solemnis et incrementi sacrificii
consecrationem nobis tradidisti, sam-
quam Dominus omnium. Tu enim
O Domine

Domine Deus noster, solus coelestibus
 Dominaris. Qui super thronum Cheru-
 bicum veheris. Qui es Dominus Se-
 raphim, et Rex Israel. Qui solus san-
 ctus, et in sanctis requiescis. Te ergo
 deprecor, qui solus bonus es, et lu-
 benter claudis, respice in me pecca-
 torem, et inutilem servum tuum,
 et purga animam meam et cor a
 conscientia mala, et fac me idoneum
 virtute sancti tui Spiritus, induam
 gratia Sacerdotii, ut huic sanese
 tuae mensae affistam, et tuum san-
 ctum et immaculatum corpus, et
 pretiosum sanguinem consecrem.

Tibi enim inclinata cervice suppli-
 co, et te rogo ne avertas faciem tuam
 a me, nec me servum tuum rejeceris.
 Sed dignare ut a me peccatore, et indi-
 gno servo tuo haec dona offerantur.

Tu enim es qui offers, et offerris
 assumis et distribuereis, Christe De-
 us noster: et tibi gloriam referimus,
 una cum principii exerte tu Patre,

et

et sanctissimo, ex bono, et vivifico
tuo Spiritu: nunc et semper, et in
secula seculorum. Amen.

Memor sit Dominus omnium,
nostrum in regno suo: perpetuo, nunc
et semper et in secula seculorum.

Magnus Introitus.

Benedictus qui venit in nomine
Domini. Psalm. Decorus Joseph cum
de ligno illibatum corpus tuum de-
posuisset, sindone munda et aroma-
tibus involutum in monumento, ju-
stis factis locavit. — Bene fac Domi-
ne in bona voluntate tua Sion.

Diaconus. Compleamus oratio-
nem nostram Domino. Chor. Domine misere-

Pro propositis pretiosis donis
Dominum precemur.

Pro sancta hac Ade, et iis qui
cum fide, et devotione, et Dei timore
in ipsam ingrediuntur. Dominum precemur.

Ut liberemur ab omni afflictio-
ne, flagello, periculo, et angustia:
Dominum precemur.

Offertorium majus.

Oratio - a Sacerd. secreto dicenda.

Domine Deus omnipotens, qui solus es sanctus, qui suscipis sacrificium laudis ab iis qui te invocant in toto corde: suscipe quoque nostram, qui peccatores sumus, orationem, et offer sancto tuo altari: et fac nos idoneos ad offerendum tibi dona et sacrificia spiritalia pro nostris peccatis et populi ignorantibus: et presta ut inveniamus gratiam coram te, et ut sit tibi acceptum sacrificium nostrum, et Spiritus gratia tuae bonus in nobis habitet, et in his propositis donis, et in toto populo tuo.

Diaconus. Suscipe, salva,

miserere, et custodi nos tua gratia. Chorus. Domine miserere.

Omniem diem perfectum sacrificium, et sine peccato a Domino petamus

petamus. Chor. Concede Domine.

Angelum pacis, fidelem du-
cem, custodem animarum, et corpo-
rum nostrorum, a Domino petamus.

Indulgentiam et remissionem
peccatorum, et delictorum nostro-
rum, a Domino petamus.

Pona et animabus nostris
utilia, et pacem muneo, a Dno petamus.

Residuum vite nostrae rem-
ne, in pace et poenitentia perfice-
re, a Domino petamus.

Christianos vite nostrae
sines absq; dolore, et improperio
pacificos, et bonam defensionem,
coram tremendo Tribunali, a D. p.

Sanctissima, illibata, & c.
Chorus. Tibi Domine.

Sacerdos. Per miserationes uni-
geniti filii tui, cum quo benedi-
ctus es, cum sanctissimo, bono
et vivifico tuo Spiritu: nunc et
semper, et in saecula saeculorum.

Sacerdos. Pax omnibus.

Diaconus. Diligamus nos
invicem.

invicem et in concordia confitemur.

Chorus. Patrem, Filium, et Spiritum Sanctum, Trinitatem consubstantialem et indivisam. Sacerdos ter adorat et per secreto dicit: Diligam te, Domine fortitudo mea Dominus firmamentum meum et refugium meum.

Symboli recitatio.

Diaconus. Portas, portas, in sapientia attendamus. Et chorus. Credo in unum Deum, Deum omnipotentem, factorem coeli et terrae.

Diac. Item honeste, item cum timore, attendamus sanctam oblationem in pace offerre.

Chorus. Misericordiam pacis, sacrificium laudis.

Sacerdos. Gratia Domini nostri Jesu Christi, et dilectio Dei et Patris, et communicatio sancti Spiritus sit cum vobiscum omnibus.

Chorus. Et cum Spiritu suo
Sacerdos.

Sacerdos. Pursum coram habeamus.

Chorus. Habemus ad Dominum.

Sacerdos. Gratias agamus Dño.

Chorus. Dignum et iustum
est adorare Patrem, Filium, et Spi-
ritum Sanctum Trinitatem consub-
stantialem, et indivisam.

Oratio, sive Canon Missæ.

Sacerdos inclinatus, orat Secretis.

Dignum et iustum est te celebrare,
te benedicere, te laudare, tibi grati-
as agere, te adorare in omni loco Do-
minationis tuæ. Tu enim es Deus
ineffabilis, qui nec mente percipi,
viseri, nec comprehendi potes: qui
semper es, eodemque ex simili
modo existis, tu, et unigenitus Fili-
us tuus, et Spiritus Tuus Sanctus.
Tu e nihilo ad esse nos adduxisti:
et cum lapsi essemus, nos rursus
erexisti: et omnia facere non despi-
xisti, donec nos in coelum deduceres,
et futurum tuum regnum largire-
ris. Pro his omnibus agimus tibi
gratias

14
gratias et unigenitus filius tuus, et Spi-
ritui tui sancto, pro omnibus quae
nescimus, et scimus, manifestis et
oculis tuis in nos beneficiis.

Agimus tibi gratias etiam
pro hoc sacro ministerio, quod de
manibus nostris suscipere digna-
tus es: etsi tibi assistant millia
Archangelorum, et myriades Ange-
lorum, Cherubim, et Seraphim,
sed alas et multos oculos habentes,
sublimes, et alti.

Alta voce. Qui victorialem Hy-
mnum canunt, clamant, vociferan-
tibus, et dicunt.

Hymnus Victoriae.

Chorus. Sanctus, Sanctus, San-
ctus Dominus Sabaoth, plenum est
coelum et terra gloria tua, Gloria
in excelsis. Benedictus qui venit
in nomine Domini, Gloria in al-
tissimis.

Orat Sacerdos secreto.

Cum his quoque beatis viris
benignae clemens Domine, clama-
mus

mus et dicimus: Sanctus es, et o.
mnino sanctus, tu, et unigenitus
Filius tuus, et Spiritus tuus: San.
ctus es, et omnino sanctus, et ma.
gnifica est gloria tua. Qui mundum
tuum ita dilexisti, ut filium tuum
unigenitum dares: ut omnis qui
credit in ipsum non pereat, sed ha.
beat vitam aeternam. Qui cum ve.
nisset, et quam pro nobis suscep.
erat dispensationem impleset, no.
te qua tradebatur, vel potius sei.
sum tradebat pro mundi vita, ac.
cepto pane in sanctis suis ex illi.
batis et innocuis manibus cum
gratias egisset, et benedixisset, san.
ctificasset, precepisset, dedit sanctis
suis et Apostolis et discipulis dicens:

Accipite, comedite: hoc
est corpus meum, quod pro
vobis frangitur in remissio.
nem peccatorum. Chorus.

Amen.

Sacerdos

Sacerdos secreto.

Similiter etiam calicem postquam
cangere dicens:

Debite et hoc omnes. Hic
est sanguis meus novi testa-
menti; qui pro vobis, et multis
effunditur in remissionem pec-
catorum. Chorus. Amen.

Sacerdos inclinans caput, dicit secreto.

Memores igitur salutaris hujus man-
datis, et omnium que pro nobis facta
sunt; crucis, sepulchri, tridana re-
surrectionis, in coelos ascensionis,
ad dextris sessionis, secundi, et glorie,
si rursus adventus.

Alta voce. Tua a tuis tibi of-

ferimus per omnia, et in omni-
bus. Chorus. Te laudamus, te bene-
dicimus, tibi gratias agimus, Do-
mine, et rogamus te Deus noster.

Sacerdos iterum inclinans orat.

Etiam offerimus tibi rationalem
hunc et incruentum cultum et roga-
mus, et oramus, et supplicamus, emi-
te Spiritum S. tuum in nos, et in
hac

haec dona proposita.

Domine, qui sanctissimum
Spiritum Apostolis hora tertia
misisti, hunc, o bone, ne auferas
a nobis. Et. Cor mundum crea in
me Deus: et spiritum rectum in-
nova in visceribus meis.

Fac quidem panem hunc, pre-
tiosum corpus Christi tui.

Quod autem est in hoc calice,
pretiosum sanguinem Christi tui.

Immutans Spiritus tui.

Ut fiat accipientibus in sobri-
etate animae, ad remissionem
peccatorum, in communicationem
Sancti Spiritus, in regni coelorum
plenitudinem, in fiduciam erga
te, non in delictum aut condem-
nationem.

Item offerimus tibi ratio-
nale hoc obsequium, pro his qui
in Christo requiescunt, pro Ma-
joribus, Patribus, Patriarchis, Prophe-
tis, Apostolis, Praedicatoribus, Evan-
gelistis, Martyribus, Confessoribus,
continentibus,

19

Continentibus, et quovis spiritei in
fide consummato.

Alta voce. Praesertim pro san-
ctissima, illibata, super omnes bene-
dicta, gloriosa, regina nostra Dei-
para, et semper Virgine Maria.

Chorus cantat. Dignum est
certe te laudare Deiparam, quae
semper beatificanda es, et ab omni
noxa exempta, quae Mater es Dei
nostri, prae Cherubim veneranda,
et Seraphim sine comparatione glo-
riosisior, quae citra corruptionem
Deum Verbum peperisti, te, quae
vere es Deipara, magnificamus.

Sacerdos vero inclinat us orat secreto.

Sancti Joannis Prophetae, Prae-
cursoris, ac Baptistae, Sanctorum et
percelebrium Apostolorum, Sancti
S. cuius memoriam celebramus,
et omnium Sanctorum, quorum
precibus protege nos Deus, et me-
mento omnium qui praedormie-
runt in spe resurrectionis aeter-
nae vite.

Hic sacerdos memoriam agit quot
vel vivorum, et mortuorum. Pro vivis dicit.

Q 210

Pro salute, protectione, et remissionem peccatorum serui Dei N.

Pro mortuis dicis:

Pro requie, et remissione anime serui tui N. in loco lucido, a quo abest dolor, et gemitus: et fac eam quiescere tibi circumspicias lumen vultus tui. Preterea se rogamus memento Domine omnis orthodoxi Episcopatus eorum qui verbum veritatis tue recte tractant, et dispensant, omnis Presbyteratus, in Christo Diaconatus, et omnis ordinis Sacerdotalis.

Cum offerimus tibi rationale hoc obsequium pro orbe terrarum.

Pro sancta Catholica et Apostolica Ecclesia, Pro iis qui in castitate, et veneranda vita agere a ratione degunt. Pro fidelissimis et Christo amantissimis nostris Imp. toto palatio, et castris eorum. Da eis Domine regnum pacificum, ut nos quoque in

ipsorum

ipsorum pace, tranquillam exqui-
 etam viam agamus in omni
 pietate et honestate.

Deinde exclamat. In primis
 memento Domine sacratissimi
 Metropolitani nostri N. quem hono-
 ratum, saluum, longævum, ver-
 bum veritatis tua bene tractan-
 tem tuis S. Ecclesiis largire. Et

Chorus. Et cunctos et cunctas.

Orat secreto.

Memento Domine civitatis in
 qua habitamus, et omnis urbi,
 et regionis, et cum fide habitan-
 tum in ipsis. Memento Dñe na-
 vigantium, iter agentium, ac-
 grotantium, laborantium, caste-
 vorum, et salutis ipsorum. Me-
 memento Dñe eorum qui fructum
 afferunt, et bene operantur in
 Sanctis tuis Ecclesiis, et me-
 minerunt pauperum, et in nos
 omnes miserationes tuas de-
 mitte. Ara voce. Et tribue nobis
 uno ore, et uno corde glorificare,

et

et laudare venerandum et ma-
gnificum nomen tuum, Patris
et Filii, et S. Spiritus, nunc et
semper, et in saecula saeculorum.

Et erunt misericordia
magni Dei et Salvatoris no-
stri Jesu Christi cum omnibus
vobis. Chorus. Et cum spiritu tuo.

Diaconus. Omnium san-
ctorum memoriam agentes,
etiam atque etiam Dñm pmur.

Pro oblationibus, et sanctifica-
tis preciosis donis, D. precemur.

Ut clemens Deus nos ser-
qui ea in Sanctum, et supercoe-
leste, intellectuale suum altare
suscepit in odorem spiritualis
voluntatis, nobis divinam gra-
tiam et sanctissimi Spiritus
donum reperiatur. Dñm precemur.

Ut ab omni afflictione, ira, pe-
riculo, et angustia liberemur, D. p.

Sacerdos orat secreto.

Sibi benigne Domine, omnem vitam
et spem nostram commendamus,

et

et rogamus, et oramus, et supplicamus,
 et supercaelestium et tremendorum
 mysteriorum sacrae hujus et spiri-
 talis mensae cum pura conscientia
 mereamur esse participes: in remis-
 sionem peccatorum, in condonatio-
 nem delictorum, in Spiritus Sancti
 communionem, in Regni caelorum ha-
 reditatem, in fiduciam apud te, non
 in iudicium aut condemnationem.

Diaconus. Suscipe, salva, mise-
 rere, et custodi nos Deus magnificus.

Diem omnem perfectum, san-
 ctum, pacificum, et a peccato immu-
 nem a Deo petamus.

Chorus. Concede Domine.

Diac. Angelum pacis, fide-
 lem ducem, custodem animarum
 et corporum nostrorum, a Dño pms.

Dona et utilia nostris anima-
 bus et pacem a Domino petamus.

Residuum vitae nostrae sem-
 pus, in pace et poenitentia perfice-
 re a Domino petamus.

Unionem

Unionem fidei, et communionem Spi-
ritus Sancti petentes, nosmetipsos,
et invicem, et omnem vitam nostram
Christo Deo commendemus.

Chorus. Tibi Domine.

Alta voce sacerdos. Et dignos
facias nos Domine, cura fiducia,
et sine crimine audere invocare
te, supercalestem Deum patrem:
et dicere.

Chorus. Pater noster qui &c.

Sacerd. exclamans. Quia tibi con-
venit Regnum, et virtus, et gloria,
Patri, et Filio: &c.

Per omnibus. Ch. & cum sp. suo.

Diaconus. Capita vestra Domino
inclinata. Chorus. Tibi Domine.

Sacerdos inclinatus orat secreto.

Gratias tibi agimus, Rex invisibilis,
qui infinita tua potentia cuncta
condidisti, et multitudine misericor-
diæ tuæ e nihilo ad esse universa
deduxisti. Ite Domine, ad eos qui
tibi capita sua inclinarunt, coeli,
tus respice: non enim inclinarunt

carni

carni et sanguini, sed tibi terribili
 Deo. Tu ergo Domine, proposita no-
 bis: mysteria: iuxta uniuscuius,
 que necessitatem cunctis in bonum
 et aequo confer. Cum navigantibus
 naviga, cum iter agentibus viam
 simul cape, aegros sana, me-
 dice animarum ac corporum.

Alta voce. Gratia, et misera-
 tionibus, et benignitate unigeniti
 Filii tui: cum quo benedixus es,
 cum Sanctissimo, et bono, et vivifi-
 co tuo Spiritu: nunc et semper etc.

Secreto.

Attende Domine Jesu Christe De-
 us noster, de sancto habitaculo tuo,
 et de throno gloriae regni tui, et
 veni ad sanctificandum nos: qui in
 excelsis cum Patre simul resides, et
 hic una nobiscum invisibiliter ver-
 saris: et dignare potenti manu tua
 nobis impertiri immaculatum cor-
 pus tuum, et pretiosum sangui-
 nem, et per totum populo.

Ser

Per secreto Sacerdos & Diac. dicentes:

Deus propitius esto mihi peccatori.

Hostiae Levatio.

Diaconus. Attendamus. Et Sa-
cerdos. Sancta sanctis, Chorus.

Unus sanctus, unus Dominus Je-
sus Christus in gloria Dei Patris
Amen.

Hostiae Fractio.

Frangitur et dividitur agnus Dei,
Filius Patris, qui frangitur, at non
comminuitur: qui semper comeditur,
et non consumitur: sed eos qui sunt
participes, sanctificat.

Corporis, et Sanguinis emissio.

Plenitudo fidei spiritus San.

Communio.

Credo Domine et confiteor, quod tu
es Christus Filius Dei vivens,
qui venisti in mundum ad sal-
vandos peccatores, quorum primus
ego sum. &c.

Et Coenae tuae mystica ho-
die communicantem me suscipe.

Non enim inimicis tuis mysterium
dicam

dicam, nec osculum tibi dabo velut
Judas, sed ut latro tibi confiteor, me-
mento mei Domine in Regno tuo.

Et. Domine non sum dignus,
ut sub sordidum sectum animae
meae ingrediaris: sed quemadmodum
dignatus es in spelunca et praesepe
brutorum recumbere, et in domo Simo-
nis leprosi, etiam similem mei me-
rettricem ad te accedentem suscepi-
sti: ipse quoque dignare in praesepe
animae meae rationis expers et in
conquinatum meum corpus mortuum
et leprosum ingredi: et sicut non ab-
horruisti os sordidum meretricis il-
libatos pedes tuos osculans, ita Do-
mine Deus meus, ne a me etiam
peccatore abhorrueris. Sed tamquam
bonus et clemens, dignare me partici-
pem effici sanctissimi tui corporis
et sanguinis.

Deus meus condona, relaxa,
remitte mihi delicta mea quaecumque
sciens, vel per ignorantiam, vel ver-
bo, vel opere patravi. Indulge mihi
cuncta

cuncta ut bonus et clemens, intercessio-
nibus intemeratae tuae et semper Vir-
ginis Mariae, incondemnatum me
custodi, ut sumam pretiosum et im-
maculatum corpus tuum ad meclam
animae et corporis. Quoniam tuum
est regnum, et virtus, et gloria: Patris,
et Filii, et Spiritus S. nunc ete. Amen.

Et sumit Sacerd. tres haustus panis
in una inclinatione, et in primo haustu
dicit. In nomine Patris, In secundo.
Et Filii. In tertio. Et Spiritus Sancti.

Et post summptionem abstergit velami-
ne Sanctum Calicem et sub labia Delte-
re simul ac reverenter, dicens: Hoc te-
tigit labia mea, et auferet ini-
quitates meas, et peccata mea
expurgabis: nunc et semper,
et in saecula saeculorum. Amen.

Dum Diaconum communicat.

Sacerdos. Communicat servus Dei Dia-
conus S. pretioso et sancto corpori et
sanguini Domini, et Salvatoris no-
tri Jesu Christi: in remissionem pec-
catorum et in vitam aeternam.

Communi-

Communicante Diacono Dicit Sacerdos.

Hoc tetigit labia tua, et auferet iniquitates tuas, et peccata tua purgabit.

Diaconus attolens sanctum calicem, ostendit iuxta populo, dicens.

Cum timore Dei fide et charitate accedite. Chorus. Benedictus qui venit in nomine Domini.

Communicatio Populi.

Sacerdos. Salva Deus populum tuum, et benedic hereditati tuae. Chor.

In multos annos Domine. Sacerdos intra se dicens. Exaltare super caelos Deus, et super omnem terram gloria tua. Alia voce. Perpetuo, nunc et semper, et in saecula saeculorum.

Et prorsus secreto dicit orationem.

Postcommunio.

Gratias agimus tibi benigne Domine, benefactor animarum nostrarum, quos etiam praesenti die dignos fecisti nos, coelestium tuorum et immortalium mysteriorum. Viam nostram dirige, confirma nos in timore tuo, custodi viam nostram, fac securos greges nostros: precibus et intercessionem

sione gloriosae Deiparae, et semper
Virginis Mariae, et omnium sanctorum.

Diaconus. Precti participes effecti
divinorum, sanctorum, illibatorum,
immortalium, supercoelestium, et vivi-
ficorum mysteriorum, digne gratias
agamus Domino.

Chorus. Domine miserere.

Juscipe, salva, miserere, et con-
serva nos Deus tua gratia.

Diem omnem perfectum, san-
ctum, pacificum, et a peccato immu-
nem postulantes, nos ipsos, et invi-
cem, et omnem vitam nostram Christo
Deo commendemus. Cho. Tibi Dne.

Sacerdos exclamando. Quoniam tu
es sanctificatio nostra, et tibi glori-
am referimus, Patri et filio, et Sancto
Spiritu: nunc et semper, et in saecu-
la saeculorum. Chorus. Amen.

Diaconus. In pace procegamus.

Chorus. In nomine Domini.

Diaconus. Dominum precemur.

Chorus. Dne miserere: Dne benedic.

Alia voce a sacerdote proferenda

Benedictio.

Qui benedixit benedicentes te Domine,
et sanctificas eos, qui confidunt in te:

conserva populum tuum, et benedic paucitati tuae: Ecclesiae tuae plenitudinem conserva, sanctifica eos qui diligunt decorem domus tuae: tu eos vicissim gloria reple divina tua potestate, et ne derelinquas nos qui speramus in te. Dona pacem mundo, Ecclesiis tuis, sacerdotibus, Imperiis nostris, Clericis tuis, et omni populo tuo. Quia omne datum bonum, et omne donum perfectum de sursum est, descendens a te patre luminum: et tibi gloriam, et gratiarum actionem, et adorationem referimus Patri, et Filio, et Sancto Spiritui: nunc et semper, et in secula saeculorum. Chorus. Amen.

Et Chorus capiat rex. Si nomen Domini benedicam: et hoc nunc et usque in saeculum.

Et Psalmum vigesimum secundum. Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo.

Oratio dum contrahuntur sacra
secreto.

Plenitudo legis et Prophetarum, tu ipse existens Christe Deus noster, qui omnem

omnem paternam dispensationem im-
plevisti, expleas gaudio et hilaritate cor-
da nostra: perpetuo, nunc et semper,
et in saecula saeculorum Amen.

Deinde facit dimissionem dicens,
Sacerdos: Gloria tibi Christe Deus noster,
spes nostra, gloria tibi. Et Chorus.

Gloria Patri, et Filio, et sancto spi-
ritui: nunc et semper, et in saecula
saeculorum. Amen.

Et si est Dominicus dies, dicit sacerdos.

Qui surrexisti a mortuis Christus
verus Deus noster. Si vero non est
dies Dominicus, quo resurrectionis
agitur memoria, dicit. Christus verus
Deus noster, precibus illibate suae
Matris, virtute pretiosae et vivificae
crucis, sanctorum gloriosorum et per-
celebrium Apostolorum: Sancti N.
cujus ea die fecerunt colium: sanctorum et
fussorum Dei parentum, Joachim et
Annae, et omnium sanctorum, mise-
reatur nostri, et salvet nos, ut bo-
nus, et clemens.

Post dimissionem autem dicit.

Nunc dimittis Domine servum tuum
in pace. Quia viderunt oculi mei salu-
tare tuum. Quod parasti ante faciem
omnium

omnium populorum. Lumen ad revela-
tionem gentium: et gloriam plebis tuae
Israel.

Et colligit sancta. Abis autem in Vespia-
rium, et levis seipsum, dicens etc.

Sanctus Deus, etc. Sanctissima Tri-
nitas, etc. Pater noster.

Tunc dicit dimissorium Chrysostomi.

Oris tui velut fax, resplenduit gratia,
orbem terrarum illuminavit, et libera-
tatis thesauros in mundo reposuisti,
alacritudinem humilitatis nobis open-
dit. Sed qui verbis tuis nos doces Joan-
nes Chrysostome, ora Christum Deum,
ut salventur animae nostrae.

Post haec dicitur Breviculum.

De caelis accepisti divinam gratiam,
et labiis tuis omnes instruis adorare
in Trinitate unum Deum, Joannes
Chrysostome, beatissime, sancte, con-
digne celebramus te: praceptor signi-
ficem existis, ut prope divina manife-
stans. — Deo propitiis esse mihi pec-
catori. Et conversus ad populum bene-
dicit, alia voce dicens: Custodiat Do-
minus Deus omnes vos, sua gratia
et

et humanitate, perpetuo, nunc et semper,
per, et in saecula saeculorum. Amen.

Et populus, omnes inclinatis ca-
pite dicunt. Benedicentem et sancti-
ficantem nos Domine conserva in
annos multos. Et in pace, cum Deo,
discedunt.

